



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

38. An etiam non potentibus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

An etiam non pententibus.

Quæstionis explicatio.

Puribus ex causis accidere solet, vi
peste infecti sacramenta non petant,
vel quia vi morbi p̄œoccupati nō ha-
bent facultatem loquendi, vel quia non ha-
bent, qui pastorem aduocet, vel quia fal-
so existimant, sibi sacramenta non deberi,
propter seruilem conditionem, de qua sta-
tim diximus, vel quia hæresi infecti, credūt
cum Nouatoribus nostri temporis, sacra-
menta non esse ad salutem necessaria. Ho-
rum & similitum occasione quæritur: An
pastor excusetur, si huiusmodi non pen-
tes sacramenta, moriantur sine illis, an ve-
ro teneantur ministrare?

Responsio.

Dico primò. Quod si adhibita cōgrua
monitione, doctrina & exhortatio-
ne hæretici peste infecti in sua pertin-
aciam
perseuerent, non solum non tene-
ri pastore
illis ministrare, sed licet non posse, etiam
si illa peterent, quia per infidelitatem se in-
dignos sacramentorum participatione redi-
dunt, ut manifestum est.

Dico

Dico secundo: Pastorem extra huic casum teneri nonsolum ministrare sacramenta, dum vocatur & petitur ab amicis & vicinis peste infectis, sed etiam, dum non vocatur, nec æger morbo præuetus illa peteret potest, aut falsa persuasione deceptus, illa non petit, ratio est, quia pastor ex officio tenetur vigilare & sollicite inquirere, num aliqui tali tempore à parentibus, dominis, & amicis sint deserti, ut eis ipse, maxime in spiritualibus, subueniat, ut ante diximus. Neque obstat, quod actualiter non petant sacramenta, quia sufficit, quod illa implicite & interpretatiæ petunt, dum contritionis signa præ se ferunt, siquidem in signis istis est tacita petitio sacramentorum: & confirmatur, quia contritio includit voluntatem implendi omnia Dei præcepta, ergo & illud, quo tenemur in articulo mortis sacramenta perciper.

Dices: Hoc pacō sacramenta exponuntur periculo irreuentiae, quia fieri poterit ut minus bene dispositis dispescant, quod sine irreuentia fieri nequit.

R: Cum huiusmodi aliter ad sacramenta disponere se non possint, incumbit pastori, ut inquirat de dispositione, quam ante morbum habuerunt, & iuxta comperta de eis iudicet, quod non est difficile, iuxta

G Palu-

a *Paludin* & *Paludanum* (a) & *alios* (b) quacunq; pro-
dīst. 9. q. 4. babilī fide in tali necessitate credantur esse
b *Sylu verb.* bene dispositi, sufficit ut illis sacramenta
Euchar. 3. n. ministrentur: *Quod à pastoribus bene no-*
7: *tandum & obseruandum est.*

QVÆSTIO XXXIX.

An etiam Interdictis

Quæstionis explicatio.

c. Non est. **I**nterdictum Ecclesiasticum (c) prohibet,
vobis de spō. non solum diuina officia, sed etiam Sa-
E c. quod in cramenta. Ideoque queret aliquis, an eii
te de pen. & illo casu, quo patria peste infecta, ecclesia-
remiss. & ibi stico subiacet interdicto, pastor teneatur
Dd. sacramenta ministrare an vero ab admini-
stratione illarum excusat?

Reffonjo.

Tenetur ministrare quod enim dicitur
interdicto prohiberi sacramenta, de iis in-
telligi nequit; quæ iure aut priuilegio agri-

d. c. non est de tis permituntur: Itaque cum parvulis (d)
sponsal. baptisnum, & pœnitentiam (e) infirmis
e. c. Non est. nec non eucharistiam (f) seu viaticum in
f. c. quod in te articulo mortis constitutis, iura expresse p-
de pen. & re- mittant, texetur pastor, non obstante in-
mission. dicto, ea illis ministrare; de quibus, sicut &
de ex